

nuncquam repetendos. Isti fuerunt fæstamæn Frænde de Møllothorp et Magnus Vlfson de Sæby. In cuius testimonium sigilla nobilium, scilicet Gorgha in Styrum et Erici Simonson presentibus sunt appensa. Scriptum Lincopie anno Domini m^occc^oxl octauo festo sancti Petri.

På baksidan: Lekaslæt.

Sigillen: n. 1 (ett G): s' GO... IS... AGHISS'; n. 2 (3 liljor på sned): s' ERICI SIMONS. (Jfr Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 652.)

4321. 1348 Maj 3.

Birger Karlsson öfverlåter åt fogden i Linköping Nils af Stång sin fordran i Linköping för 16 mark penningar att betalas under 4 år.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Byrgherus Karlsson salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium recognosco me discreto viro Nicholao de Stangh debitum mihi Lyncopie attinens pro xvi marchis denariorum per quatuor annos veraciter dimisisse tali condicione prehabita, quod in circumcissione Domini mihi vel meis heredibus in predicta pecunia satisfaciat annuatim. Scriptum anno Domini m^occc^oxl^oviii^o inuencione sancte crucis meo sub sigillo.

Sigill, skadadt i kanten (en sjuuddig stjerna), af omskriften synligt: s. BIRGE . . I K . . LSON. (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 512).

4322. 1348 Maj 7. Stockholm.

Konung Magnus öfverlemnar till Ingemar Ragvalsson, konungens kammarmästare, och hans hustru Katarina Magnusdotter två gårdar i Österplana, tre landbohemman i Vesterplana och tre i Hønsäter för en summa af 1500 mark svenska penningar, som konungen var skyldig, och drottning Blanche stadfæster öfverlåtelsen (jämf. n. 4192).

Afskr. på perg. i Sv. Riksark. ¹⁾

Magnus, Dei gracia rex Swecie Norwegie et Schanie omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Noueritis quod nos dilecto nobis Ingemaro Rawaldi presencium exhibitori, camerario nostro, necnon vxori sue Katerine Magnusadotther bona nostra infrascripta, videlicet duas curias in Østrewplandum, quarum aliam tenuit Reymoodh et aliam Clauus, cum coloniis et pertinenciis vniuersis, tres colonias in Wæsthrauplandh, quas tenuit Gøstzaffuus Klinth et tres colonias in Hønsætrom, quas tenuit Abraam Andersson, cum omnibus et singulis bonorum predictorum pertinenciis et annexis, agris, pratis, pascuis, siluis, piscariis ac aliis quibuscumque infra sepes et extra, in humidis et siccis, quibuscumque nominibus censeantur, nullis penitus exceptis, pro mille quingentis marcis denariorum Sweuorum, in quibus dicto Ingemaro, camerario nostro, racione iusti debiti obligamur veraciter et tenemur, nobis et nostris here-

¹⁾ Afskriften (gjord 1482 Juli 19) jämte öfversättning på samma blad (se under a) har på väpnaren Johan Byses begäran varit försedd med biskop Henriks i Linköping sigill.